

'stony ground' (φελλός), κωπεύς, usually in plur. κωπέες 'pieces of wood fit for making oars' (κώπη), etc. belong to the same category. All this proves that an adjectival meaning for *wo-ne-we* = Φοινής Φες 'wine-coloured', as well as for *ai-mi-re-we* and *e-ka-ra-e-we*, words which qualify rams, is quite possible and normal.

*Skopje.*

*P. Hr. Ilievski.*

## F L A T U S C U P R E S S O R U M

### Primo vere

Florentes amygdali  
solari luce involutae  
respirant effundentes  
tenerum castumque odorem

Et oculi  
teneritate tacti  
palmis lacrimosis  
niveum mulcent florem

### Flatus cupressorum

Sedentes cum corde in luce oscillantes sub cupressis  
in paeninsula sancti Stephani olim sub pinis  
circumdati immensitate maris  
omnia praeterita sentimus in ruinis  
At  
audientes sonorum cantum cicadarum  
in umbraculis parvis  
timidae animae excitatae  
cum alis lucentibus cantilenis cantoris Solis  
in spem volant collustratam aeternitate  
Et poesis  
Et poesis instar Semelae  
quotidianis flammis flammulisque  
constanter moritur  
cum formositas splendidior  
inopinata in humano corde oritur

*Zagreb.*

*T. Smerdel.*

## F L A T U S C U P R E S S O R U M

Ecce mensis November

Ecce viator

ecce venit mensis November

fatigatus

tristis

ad portas nostras maestus venit

terrens aves

arbores et flores

cum lacrimis et nubibus

tumidis

at homo solus videns tanta folia

cum vento cadentia

sciens fuisse nuper florentia

in comis arborum splendentia

cum sole nobis multa narrantia

Ecce November

omnia oculis lacrimosis

omnia

lacus et maria et flumina

amplexu suo tenet in tristitia

O homo

cupressorum flatus memor esto

cum in corde tuo tantum cantat cicada

cum solari laetitia!

Amictus vento

O viator

vento tenero amictus

syrinx tua canit neniam

sub cupressis in sepulcro tacitae puellae

Tu calcans viam

et properans obviam

dulce ridentes oculos quaeris

Tu quaeris cantans

imaginem in memoria tua

at puelli pertinaciter ut arcana poetria

dormiens canit auscultans tantum

futuri veris semina

in palmis suis susurrantia

Carmina tua

o viator ignote

et puellae carmina

immo vero cum tristitia sunt alia...